



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 100. Connubium Ferdinandi cum Germana de Fuxo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

ricus quidem integra fide promissis ste- Sæcul. XVI.  
 tit, ejus tamen Successor Comitem ca- A C 1506.  
 pite plecti jussit. Ceterum Philippus in  
 Anglia usque ad Aprilis finem commo-  
 ratus, tandem in Castellam profectus est.

§. C.

*Connubium Ferdinandi cum Germana  
 de Fuxo,*

Archiduce interea in Anglia detento, Marian. lib.  
 Ferdinandus nuptias iniit cum Ger- 28. n. 85.  
 mana de Fuxo, ad connubiale thorum  
 die decimo octavo Martii deducta. Ex  
 Gallis adventantem comitabantur Ludo-  
 vicus de Ambasia Albiensis Episcopus,  
 Hector Pignatellus, & Petrus Sanan-  
 dreæus; cum vero Germana ex Ferdi-  
 nandi Sororis Filia progenita esset, ac  
 Aviam haberet Eleenoram Navarræ Re-  
 ginam Regis Catholici Sororem, hoc  
 cognationis vinculum sponsum, atque  
 sponsam a nuptiis arcebat, proin illud  
 submoveri a Sede Apostolica petebatur:  
 huic tamen petito ægre admodum an-  
 nuit Pontifex, Imperatore, ejusque Fi-  
 lio Archiduce vehementer obluctantibus.  
 Ceterum Salernitanus, & Melfitensis  
 Principes, ceterique Neapolitani Proce-  
 res Gallorum partibus addicti Hispaniam  
 petebant, sponsam secuturi, cujus æta-  
 tis vigor, ac solida corporis habitudo  
 Regi

Sæcul. XVI. Regi Catholico futuri hæredis felicitatem  
A.C. 1506. pollicebatur; nihilominus improlis deceſ-  
 ſit, unde liberi, quos ex primis Iſabel-  
 læ nuptiis ſuſceperat, Neapolis Regno  
 ſucceſſerant, inſuper Castellæ atque Ar-  
 ragoniæ coronis aucti, quæ demum reg-  
 na unacum S. R. Imperii diademate Ca-  
 rolo Lucemburgico obtigerant.

## §. CI.

*Archidux cum Conjuge ſua in  
 Hispania.*

*Marian. lib.* **P**eractis connubii ſolemnibus pauloſt  
 28. n. 86. Archidux, ejuſque conjux in Hispa-  
 niam venerant, ac die vigeſima octava  
 Aprilis in portu Caronii appulſi, in ter-  
 ram exſcenderunt. Ferdinandus viæ,  
 quam teuebant, rationem edoctus, Mo-  
 linam uſque, quæ urbs eſt unius diei  
 itinere Compoſtella diſtans, eis obviam  
 proceſſit, ſpe fretus, illos quoque ſaltem uno  
 pariter die adventum maturaturos, ut  
 Regem exciperent. Jamjam præceſſe-  
 rant Regni Proceres, novum Regem  
 ſuum ſalutaturi; hos haud ſegnius,  
 moxque ſequebantur ceteri aliquamdiu  
 apud Ferdinandum commorati, unde  
 Rex in unius die ſpatio paſſim ab omnibus  
 derelinquebatur, adeo, ut in comita-  
 tu ſuo nonniſi Toletanum Archiepiſco-  
 pum, Albæ Ducem, Conneſtabilem, ac  
 Castel-